



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Sect. 2. Descriptio Geographica insularum ad Siciliam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

SECT. 2. *Descriptio Geographica Insularum ad Siciliam.*

INSVLÆ SEPTENTRIONALES

- | | |
|-------|--|
| INSV- | LIPARA maxima 7. Æoliarum, incolæ Liparei, & Liparenses piratæ maximi, qui publicè, & in foro diuidebant prædas, Liuij 5. A Liparo Aulonis filio nomen accepit qui recepit Æolium: antea dicebatur Meligunis: vrbs eius Gnidiorum Colonia Straboni; eius agrum vocat Tullius miserum, atque iejunum 3. Verrina: hodie <i>Lipari</i> , cum Episcopali ciuitate. |
| L AE | THERMESSA, seu Thermissa, aliter HIERA, & VULCANI, seu Vulcania: hodie <i>Volcano</i> , seu <i>Vulcano</i> , Græcis Hiphæstias, tota cauerosa est, & tres crateres habuit, inquit Strabo, sed tempore Polybij iam vnum obturatus erat. Porro ex flammis & fremitu incolæ præcinebant tempestates, ait Strabo, vnde nata Æoli fabula. Adiacet ei minor Insula quæ emersit ex incendio V. C. 551. quando & pisces innumetri circa eam fluitarunt, & ex iis qui edit, interiit: hodie <i>Volcanello</i> , seu <i>bolcanello</i> . |
| ÆO- | STRONGYLE à figurâ sic dicta, quia rotunda est, violentiâ flamarum inferior Thermessæ, sed fulgore præcellens Straboni: in hac vixit Æolus, vnde domus Æolia Solino dicitur: hodie <i>Siculis Strongoli</i> , Italis <i>Stromboli</i> . |
| LIÆ | EVONYMOS nouissima Æoliarum Plinio 7. & deserta Straboni, sic dicta quod à Liparâ in Siciliam nauigantibus videtur maximè sinistra: apud Melam videtur dici <i>Osteodes</i> , sic vocata ab ossibus militum Pœnororum, ait Diod. lib. 5. qui tumultuantes eò missi sunt atque contabuerunt: hodie <i>l'Isca Bianca</i> ; quod Melæ sententiam videtur firmare; alij tamen eas distinguunt. |
| SEP- | DIDYME, Latinè <i>Gemella</i> à forma sic dicta Straboni: hodie <i>Salini</i> . |

SICILIÆ	TEM.	ERICVSA, & ERICODES, ab Ericis nomen habet apud Strabonem: hodie <i>Alicur</i> . PHOENICVSA, & Phœnicodes à palmis nomen accepit; pabulo proximarum relicta Plinio: <i>Felicur</i> .
RELIQVÆ BOREALES	HICESIVM	, & Hicesia: hodie <i>Panari</i> . Heracleotes, seu Herculis Insula: <i>Basiluzzo</i> .
EXTRA	VSTICA	, cum oppido Ptolemæo <i>Ægina</i> , <i>Egita</i> in Itinerariis.
ÆOLIAS	Paconia: <i>l'Isola di Fimi</i> ; aliter <i>delle Femine</i> .	
INSVLÆ OCCIDEN-	PHORBANTIA	, sic dicta Σπόταν φορβάντια à vac-
TALES		cis: Buccina dicitur in vitâ S. Pontiani: ho-
SICILIÆ, aliter	HIERA	die <i>Leuenzo</i> .
ÆGADES.		HIERA, aliter SACRA, & MARITIMA, ad
		quam contigit victoria Catuli, nam ad eam vi-
		eti configere Pœni: nunc <i>Marétamo</i> .
INSV- LÆ	M E-	MELITA ciuitas, Tullio, Diodoro, Ptole-
A V-	LITA,	mæo: hodie <i>Medina</i> , vel <i>ciuita Vecchia</i> in
STRÄ-	<i>l'Isle de Malte.</i>	medio Insulæ.
LES		IVNONIS FANVM, religiosum etiam Piratis,
SICI-		nobile pietate Masinissæ, impietate & sa-
LIÆ.		crilegio Verris famosum: <i>Castello di Sant Angelo</i> .
		HERCVLIS portus in parte Australi Insulæ
		vbi visuntur rudera aliquot ædificiorum.
		Peninsula Ptolemæo; extrema pars Insulæ
		versùs Occidentem in Peninsulam confor-
		matata.
		GAVLOS: hodie <i>Gozo</i> , de quâ suprà in Historicis.
		Hφωςα, hoc est Vulcania: <i>Comino</i> inter Melitam & Gau-
		lon Cluquerio, & aliis.

CAP.